



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

847. An, & qualiter regulæ de annali soleat derogari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

205. l. 7. Bellam. decif. 392. & 474. & Felin. in c. in nostra. de rescrip. apud Chok. hic. n. 53. nihil operatur contra verisimilem mentem concedentis; nec in iis; quorum princeps non habet plenam notitiam; de quibus in hac regula; quæ facti sunt) Chok. hic. an. 51. ex Mand. hicq. 49.

Quæstio 846. Qualiter penam statutam in regula incurrat impetrans, ubi is in hanc secundam regula partem offenderet?

R Espondeo primò: pœna ista solvendi Camera 50 florenos auri hodie non est in usu amplius, Glossator apud Chok. num. 16. & Chok. ipse n. 54. ex Gomef. n. 40. saltem, ut pars victrix eam exigat, quidquid sit de eo, quod vult glossator, num si fiscus Romanus possit illum exigere coram Auditore camerae vel causæ: sed hodie possessores victores contenti sunt condemnatione impetrantis in expensas, & nullitate impetrationis adversari cum abfolutione ab illius impetratione. Chok. n. 54. alia pœna satis clarè expressa est in regula.

2. Respondeo secundò magis exactè, & sub distinctione duplicis casus. Si peccavit impetrans contra regulam, omitendo nimirum citare intra semestre, prosequi intra annum, exprimere conditiones possessionis in regula requisitas &c. simpliciter solum incurrit pœnam annullationis impetrationis, & omnium inde secutorum: & tenetur ad omne, quod interest possessoris. Lott. l. 2. q. 52. n. 70. si vero peccavit contra illam per calumniam & impositionem (quem casum à priore separat regula verbis istis: *si per possessorem ipsum injuste, frivole, & indebitè molestasse reperit extiterit*), vult regula in pœnam solvi Camera 50 florenos auri, hoc est ducatos, ut Lott. loc. cit. Et quòd hanc malitiam non considerat regula simplicem inobservantiam, adeòque præsumptam calumniam, sed commissioem contra rationem ipsius regulae, & calumniam veram ex conspecta veritate, id est, per sententiam contra illum latam, ut Lott. loc. cit. n. 88. ex Mand. hic. q. 86. n. 2. Insuper adjicit pœnam inhabilitatis personæ (nimirum impetrantis) ad idem beneficium, ex alia tamen vacatione seu modo vacandi, diverso ab expresso in impetratione etiam per literas si neutri, aut subrogationis; adeòque extinguendo litem, ut inde beneficium non censeatur licitiosum. Lott. cit. n. 70. atque ita regula supponit litem jam motam possessori, non tantum in hoc secundo casu transgressionis regulæ (uti id ex eo constat, quòd loquatur de calumnia & improbitate detecta, de qua aliter constare non potest, quam per sententiam) sed & in priori casu; siquidem annullatur impetratio cum omnibus inde secutis; illud enim refertur ad acta judicialia super ipsa impetratione, ut sunt citationes, examen testium, instrumentorum productio &c. Lott. cit. n. 70. Porrò dicta pœna inhabilitatis referri nequit ad casum, in quo servata non est prima pars regulæ, utpote cui parti passim solet derogari (de quo paulò post.) sed ad casum, in quo quidem facta citatio, & his mora; sed non servata forma regulæ in citando aut promovendo iudicio, & in hoc quidem casu inhabilitat eum regula, ut non possit capere beneficium illud ex eadem impetratione, aut ex gratia aliqua dependente à prima illa impetratione; sed non inhabilitat eum, ut nequeat illud obtinere ex nova gratia, independente à prima.

F. Leuen. Fort. Benef. Tom. II.

Lott. à num. 73. vide eundem de his ulterius numeris seq.

Quæstio 847. An, & qualiter regula de annali solet derogari?

R Espondeo primæ parti, quæ est de exprimendis conditionibus possessoris, & causa specifica vacationis, & tempore possessionis, solet à Papa de facili derogari. Lott. l. 2. q. 52. n. 5. citans Gregor. decif. 213. n. 1. Tond. in qq. benef. p. 1. c. 85. n. 17. Idque passim ex stylo, etiam per clausulas generales in gratiis novis. Lott. loc. cit. n. 79. licet derogatio hujusmodi non attendatur, si principalis gratia sit nulla. Lott. cit. n. 51. Tond. n. 19. citantes Puteum decif. 19. l. 2. Talis autem derogatio debet esse specialis; nec sufficit, quòd in supplicatione fiat mentio annalis possessionis, nisi illius expressa accedat derogatio. Tond. loc. cit. n. 18. Quòd etiam huic primæ parti derogetur per Nuntium Apostolicum, habet Tond. n. 17.

2. Secundæ verò parti hujus regulae nusquam consuevit derogari. Lott. n. 52. Tond. loc. cit. n. 21. Hujus rei ratio est, quòd licet prior pars fuerit atque ac secunda pars regulæ inducta ad coercendam improbitatem impetrantium, quia tamen aliud nihil concernit, quam instructionem Papæ circa personam possessoris, & qualitatem illius: neque jus publicum neque privarum læditur, dum ea non servatur, derogatio illius nullam in se habet amaritudinem. Lott. cit. n. 52. Posterior verò pars regulæ concernat jus publicum; nam nisi citetur possessor intra 6 menses, & exinde intra annum causa expediatur, regula præsumit calumniam in impetrante, & super hac præsumptione amplius disponit, nimirum annullando impetrationem, & alias pœnas decernendo. Unde jam non dicitur præsumptio simplex, sed juris & de jure, juxta doctrinam Bald. in l. five possideris. c. de probat. Menoch. eod. tr. l. 1. q. 3. à. n. 16. Lott. n. 53. quapropter etiam, si huic quoque parti derogaretur, videretur quodammodo foveri ista malitia quòd leges abhorrent. Lott. n. 54.

3. Veruntamen, si justa causa subest, consuevisse prorogari hæc tempora semestris illius & anni, ut dictum supra, adeò, ut nusquam prorogatio hæc solet denegari, teste Lott. n. 55. ex Gomef. hic. q. 71. & Gratian. discept. forens. c. 624. n. 24. in tantum etiam ut non teneatur impetrans causam obtinenda hujusmodi prorogatione suggestam seu obtentam justificare. Lott. num. 56. citans Sarn. ad reg. de triennali. q. 57.

Quæstio 848. Regula de triennali possessione (quæ est tertia) alias 35. Cancell. quòd continent?

R Espondeo subjungendo ipsa verba regulæ: *Statuit, & ordinavit idem D. N. quòd si quicumque beneficia Ecclesiastica, qualiacumque sint, absque Simoniaco ingressu Apostolica vel Ordinaria collatione aut electione, & electionis hujus confirmatione, seu presentatione & institutione illorum, ad quos beneficiorum hujusmodi collatio & proviso, electio & presentatio, seu quavis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possederit (dummodo in beneficiis hujusmodi, si dispositio nisi Apostolica ex aliqua reservatione generali in corpore juris clausa reservata fuerint, se non intruserint) super istis beneficiis ralius possessis nequeant molestari; nec non impetrationes quaslibet de beneficiis ipsis sic possessis factas*